



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

v. De poenis Bigamorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**



meu interuenit. Huc accedit & alia ratio ex eodem H. It. Quia consuetudo approbata maiorem castitatem requirit in vxore carnali quam in marito; id est, sæpius accidit, quod maritus prouocat ad diuortium ob causam adulterij ab vxore commissi, & magis inde scandalizatur populus, quam e contra. Melior ratio est S. Thom. Palud. Gabr. & Maiol. Quia uelum, integritatem significat uirginalem; Si autem corrupta uelaretur, falsa esset significatio; sed in corrupto si ordinatur, potest esse uera significatio; si fuit uirginis uxor, secundum ea, quæ superius dicta sunt. Sed plura de hac re alibi.

- 22 *Octauus est*, Cum quis post uotum solemne castitatis, quale est in susceptione ordinum Sactorum, uel in professione religionis approbata, contrahit matrimonium de facto cum uirga femina, & eam cognoscit, Hunc modum ponunt glos. in capit. super eo, in uerbo, in Bigamis, de Bigam. Rich. 4. dist. 27. art. 4. quest. 1. Palud. ead. dist. q. 4. art. 2. §. Quartus modus. Gabr. 4. d. 26. q. 3. art. 1. Notab. §. 1. Bigamia similitudinaria. Sotus 4. d. 27. q. 3. art. 1. Conclus. 6. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 1. tract. de irreg. in princip. Glos. & Panor. in cap. 1. & 2. Qui Clerici uel uouent. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quest. 10. versic. *Septimus*. Summa Atonensis, part. 2. lib. 6. tit. 7. q. 1. Summa Pisanella, in uerbo, Bigamia, in principio. Angelica, uerbo eod. num. 7. Syluest. uerbo eod. nu. 1. S. Anton. 3. part. tit. 25. de Irreg. c. 3. Nau. in Man. cap. 27. num. 195. versic. Secundo dico Maiol. lib. 1. de irreg. c. 3. num. 7. Alphons. Viuald. tract. de irregul. nu. 12. & 13. Cosmus Phillarchus de officio Sacerd. part. 1. lib. 4. cap. 7. Summa Corona tract. de Irregul. num. 6. Iacob. de Grass. lib. 4. cap. 27. num. 38. Greg. de Valentia, Tomo 4. Disp. 7. quest. 19. puncto 3. & Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali part. 2. in uerbo Bigami. Quicquid. Tabiena in uerbo, Bigamia, num. 2. §. Secundo; & Henriquez lib. 2. de Sacram. Matrim. cap. 6. §. 10. & lib. 14. de irreg. c. 4. §. 1. in annot. litera A id negant contra communitatem DD. sententiam. Hic autem modus octauus dici solet Bigamia similitudinaria, nos autem, & hunc & reliquos modos uocamus Bigamias secundum iuris fictionem, ius enim interpretatur hunc duo matrimonia contraxisse, nimirum, prius spirituale cum Christo, & posterius carnale cum femina, etiam si de iure ualidum non sit. Et quidem licet Henriquez uelit hunc modum non constituere irregularem, nec dici bigamum aliquem ex hoc modo, quia nullo iure habetur, Tabiena tamen ubi supra, tandem fatetur istum fieri irregularem etiam Ecclesie interpretatione, & colligi potest ex c. *Nuper*, & c. *A nobis*, de bigam. non ordin. & c. 1. & 2. Qui Clerici uel uouentes, ubi id habetur de initiis ordinibus factis, & de religiosis, & uirginitatem professis habetur in cap. Quotquot, 27. q. 1. Quotquot uirginitatem pollicentur præuocati sunt, professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debeant. Ad id autem Maiol. quod Monachus uxorem ducens, non solum, ut bigamus, sed etiam ut hereticus est irregulans, post Bald. in l. Nemo clericus, C. de sacros. Eccles. Et quod diximus, procedit, etiam si contrahat cum uirga que sit uirgo: et si enim Archid. & Summa Pisanella uelint id solum uerum esse, quando contraheret cum corrupta: alij tamen expresse docent, irregularem & bigamum esse, etiam si uirginem duxerit, eamque cognouerit, ut Richard. Palud. Gabr. Summa Atonensis, Syluest. & Mart. Ledesm. Nauar. & Maiol. Alphons. Viuald. Summa Corona. Cosm. Phillarch. Gregor. de Valentia, & Panor. in capit. 2. nu. 5. Qui Clerici uel uouentes, quorum opinio & communior, & uerior est. Non enim reperitur id quod Archid. & Pisan. dicunt, scilicet, ut matrimonium sit contractum cum uirga, uel corrupta. Nam de capitul. Quotquot, 27. quest. prima, generaliter loquitur de ijs, qui post solemne uotum castitatis contrahunt, nec distinguit, an contraxerit cum uirgine, uel corrupta. In hac autem bigamia, sicut in alijs supradictis, requiritur consummatio Matrimonij, ut præfati DD. & Paludus 4. distinction. 27. disputat. 4. tradunt.
- 24 *Dubium* tamen est, An si quis liber ab omni uoto contrahat matrimonium cum femina habente solemne uotum castitatis, sit irregulans, si eam cognoscit? Simon Maiol.

ex præfatis DD. post Felician. de Irreg. cap. 6. hoc dubium regit lib. 1. de Irreg. capi. 33. nu. 8 ubi ait esse irregularem, quia perinde est, ac si ipse haberet uotum solemne castitatis, idemque docet hos secutus Alphonsus Viuald. tract. de Irreg. nu. 4.

*Verum* cum id non sit iure expressum, non uidetur esse irregulans, aut bigamus. Quia d. capi. Quotquot, 27. quest. 1. tantum loquitur de contrahentibus matrimonio post solemne uotum castitatis, non autem de ijs, qui contrahunt cum feminis habentibus uotum solemne castitatis; Hæc enim interpretatio benignior est, pœne autem restringendæ sunt potius quam ampliandæ. e. odia de reg. iur. libro 6. & hanc sententiam inter recentiores sequitur etiam Henriquez lib. 2. de Sacramen. Matrim. c. 6. §. 10. in fine.

## De Pœnis Bigamorum. Cap. V.

### S Y M M A R I U M.

- 1 Bigamia licet nonnunquam sine peccato contrahitur, bigamis tamen uariæ pœnæ a iure Canonico imponuntur.
- 2 Bigamus omni privilegio clericali au, & quando priuatus sit.
- 3 Bigamum in sacris constitutum, aut professum percutiens, excommunicationem incurrit.
- 4 Bigami in minoribus constituti, tonsuram, & habitum clericalem deferre prohibentur.
- 5 Bigamus Religionem ingressus, tonsuram monachalem deferre potest.
- 6 Bigami Epistolam in Ecclesia legere non possunt.
- 7 Bigamus, si ordinatus sit, exaracterem solum, non ordinis executionem accipit.
- 8 Bigamus, Episcopi Vicarius in spiritualibus esse non potest.
- 9 Bigamus alicuius beneficii Ecclesiastici capax non est.
- 10 Clericus in minoribus etiam, qui cum uirga & uirgine contrahit, beneficia Ecclesiastica, & dignitates perdit.
- 11 Clericus in minoribus Matrimonium ratum solum contrahens, beneficia omnia amittit.
- 12 Clericus in minoribus Matrimonium in occulto contrahens stipendijs Ecclesiasticis priuatur.
- 13 Clericus in minoribus Matrimonium contrahens, etiam si ob aliquem defectum sit nullum, beneficia perdit.
- 14 Clericus in minoribus uxorem ducens, priuatur beneficijs suis, etiam si uxor Religionem ingrediatur.
- 15 Clericus in minoribus, sponsalia de futuro contrahens, beneficia ipso facto non perdit.
- 16 Clericus in sacris Matrimonium contrahens, beneficia ipso facto non perdit, sed per sententiam priuari potest.

**Q**uamuis Bigamus non peccet aliquando, & Bigamia consequenter nonnunquam sine peccato contrahatur, uariæ tamen pœnæ iure Canonico bigamis impositæ sunt. Quarum

- 1 *Prima est*, & generalis, Quod nudatur omni privilegio Clericali, ut definit Gregorius X. in c. unico, de bigam. lib. 6. & ibi glo. in uerbo, Bigamus, & in omni uerbo, omnes priuilegio, & eadem glo. in capitulo unico, in uerbo, *Uirginibus*, de Cler. coniu. libro sexto, ita, ut nec Canonis 17. question. 4. capit. si quis suadente, nec fori privilegio capitul. 2. de foro compet. libro 6. gaudeat. Item perdit privilegium immunitatis, unde vexari potest uexationibus.



bus in persona, & rebus. C. de Episc. & cler. l. 1. & 2. & l. generalis. & c. vit. de vita & honest. Cleric. Idem tradunt Palud. 4. dist. 27. q. 4. art. 3. Concluf. Gabr. ead. dist. 3. art. 3. dub. 1. Summa Pisan. verbo, Bigamia, in fine. Summa Angelica, verbo, eod. loci. m. d. r. 1. & 12. Syluest. verbo eod. nu. 8. q. 8. Summa Confe. lib. 3. tit. 3. q. 13. Summa Astenfis, part. 1. lib. 6. tit. 7. q. 5. Tabiena, verbo, Bigamia, num. 4. §. Quinto. Qui omnes hanc penam intelligunt de solis constitutis in minoribus ordinibus, & dant hanc Regulam; Quicunque potest dimittere Clericatum, vel statum, quo habet privilegium Clericale, si incidat in bigamiam (quâ ipsi vocant bigamiam interpretatiuam) perdit privilegium Clericale, sicut Acolythus, & nouitius Religiosus. Si autem sit talis conditionis, quod non potest statum illum dimittere, & propterea quod meretur privilegium clericale, ut constitutus in sacris, & professus, qui sub octauo bigamie in solo, (qui ab illis bigamia similitudinaria dicitur) comprehenditur; statu illo manente, manet privilegium, donec degradatur curie seculari. Per nullam ergo bigamiam constitutus in sacris, aut Religionem professus perdit hoc privilegium clericale, non tamen admittitur ad ordines, vel ordinis executionem, vnde c. vnico, de bigamis, lib. 6. vbi dicitur, *Adyiciendus est exortio seculari, & cap. Quisquis, d. 48. & capitulo vnico, de cleric. coniugat. lib. 6. de solis bigamis existentibus in minoribus intelligi debent, non autem de Religiosis professis, aut in ordinibus sacris constitutis, vnde Gem. in d. cap. vnico, de bigam. lib. 6. inferit, quod constitutio penalis non extenditur de casu vero ad casum fictum, quando casus fictus non fingitur idem esse quod omnem effectum, quem habet casus verus, sicut est in proposito, vt patet in cap. Nuper, & cap. a nobis, de bigam. in antiq. & consequenter percutiens bigamiam, in antiq. & consequenter bigamiam similitudinariam hoc est, professum, vel in sacris constitutum, excommunicationem incurrit, non autem qui bigamiam in minoribus existentem percuteret, vt latius lib. 3. cap. 27. verif. *Dicimus tertius, exposuimus. Dixi, Bigamiam existentem in minoribus, si enim esset coniugatus, qui cum vnica, & virgine contraxisset, si deserat habitum, nec canonis, nec fori privilegium perderet, ca. vnico, de Cleric. coniug. lib. 6. & ibi glo. in verbo, Clerici, quod post Concil. Trid. Sess. 23. de Reform. cap. 6. procedit, dummodo Clericus ille coniugatus alicuius Ecclesie seruitio, vel ministerio deputatus, eidem Ecclesie seruiat, vel ministret, & habitu Clericali, & tonsura vtatur, secus autem, si Clericus iste cū pluribus, aut cum vidua, aut cum corrupta, etiam quam virginem esse credebat, contraheret, tunc enim bigamiam esset, & omni privilegio Clericali nudaretur ex glo. in cap. vnico, in verbo, *Virginitas, de cleric. coniug. lib. 6.***

4 *Secunda est, Quod priuantur tonsura Clericali, vt habetur in cap. vnico, de bigam. lib. 6. vbi sub pena excommunicationis sententia ferenda prohibentur tonsuram vel habitum clericalem deferre; idem docent Palud. Gabr. & alij citati supra, & Alphonsus Viualdus tract. de Irregul. Bigamiae, num. 28 & Syluest. vbi supra, quæst. 8. in fine, ait peccate mortaliter si deserat, quod patet: cum id prohibitum sit illi sub pena excommunicationis, & hanc penam, sicut & primam Palud. & Gabr. intelligunt de bigamo in minoribus constituto; nam constitutus in sacris, & Religiosus, non perdit privilegium Clericale, nec perdit tonsuram. Addant etiam Palud. Gabr. & Tabiena, quod si bigamus inter Religionem portare potest tonsuram Monachalem, quæ non est via ad ordinem, plusquam conuersorum, & cum percutiens est excommunicatus, & se habet solum sicut conuersus in Religione approbata, & sic intelligitur cap. Quisquis, d. 84. vbi dicitur, *quod habet solum laicalem communicationem, id est, conuersorum; vnde sicut conuersi, tonsuram monachalem de terre possunt.**

6 *Tertia est, Quod prohibentur deferre habitum Clericalem præcisè, & quo vtuntur Clerici actum suis ordinis, aut consecrationis, aut benedictionis facturi, vt Superpelliceo, Corona, Dalmatica; Hinc vt Palud. & Gabr. vbi supra notat, nec Epistolam legere possunt, etiam sine Superpelliceo, & colligitur ex d. cap. vnico, de bigam. lib. 6. & fa-*

ciunt ea, quæ a Concilio Trid. Sess. 23. de Reform. cap. 17. traduntur.

7 *Quarta est, Non possunt citra dispensationem ad aliquem ordinem promoueri; immo nec Corona ipsi dari potest. Si enim non possunt vt antiqua Corona, vel ordine prius habito, multo minus possunt nouâ accipere, quia frustra acciperet, cum prohibitis sint deferre, nisi in Religione, vbi multi non Clerici, habent Coronam. Alphons. Viuald. vbi supra, nu. 28. Quod si de facto ordinetur, accipit quidem characterem, ordinis tamen executionem non recipit, c. de bigamis, de big. non ordin. Alph. Viuald. vbi supra, num. 27. & ordinator priuandus est potestate, & officio, cap. super eo, de bigam. non ordin. nisi cum eo fuerit dispensatum. Si enim vxoratus sit, etiam si virginem duxerit, eamque cognouerit, non solum ab ordinibus sacris suscipiendis repellitur, cap. coniugatus, & cap. vxoratus, de conuers. coniug. & cap. 2. de cleric. coniug. & ibi Panorm. num. 2. sed etiam a minoribus, & etiam a prima tonsura, ex glo. in c. coniugatus in verbo, ad sacras, de conuers. coniug. & cap. Nullus Episcopus, de temp. ordin. Maiol. lib. 1. de irreg. c. 34. nu. 1. Henriquez lib. 14. de Irreg. c. 4. §. 1. immo nec Vicarius Episcopi in spiritualibus esse potest, ex Panorm. in c. 2. nu. 2. de cleric. coniug. & DD. in cap. 1. de cleric. coniug. lib. 6. & Syluest. verbo, laicus, quæst. 3. Maiol. cit. nu. 8. & Henriquez vbi supra, Fel. in c. decernimus, num. 6. de iudic. & Iacobus Sbrozzius de Vicario Episcopi, quæst. 3. 1. sed tantum Assessors, & in temporalibus Vicarius; Quanto magis bigamus ab huiusmodi ordinibus minoribus suscipiendis, aut etiam a prima tonsura repelli debet, quæ omnia procedunt quæ ad Latinos vxoratos, nam Grecorum alia ratio est, de quibus alio in loco commodius agendum erit.*

9 *Quinta est, Non est capax alicuius beneficii Ecclesiastici nec secularis, nec Regularis, ex Palud. 4. d. 27. quæst. 4. art. 3. Concluf. Gabr. 4. dist. quæst. 3. art. 3. dub. 1. & Alphonsus Viualdus tract. de Irreg. Bigamiae, num. 28. talia enim non laico, sed Clerico conferuntur. Cum enim bigamus indignus sit omni ordine, & clericatu, vt dictum est, etiam indignus est Beneficio, quod datur ordinatis. Imo, cum beneficium datur propter officium quicunque indignus est ordine & officio, per consequens & beneficio indignus est, & hoc non solum durante matrimonio, sed etiam postea, donec mereatur dispensationem. Quibus addo, quod nec Clericus qui contraxit cum vnica, & virgine ad ordines minores, aut ad beneficia habenda admittitur, cap. 1. & cap. 2. de Cler. coniug. sed eo ipso quod matrimonium contrahit etiam ratum, statim perdit beneficia quæcunque Ecclesiastica, etiam simplicia, & dignitates Ecclesiasticas, cap. 1. & ibi glo. in verbo, *relinquenda, & Panorm. nu. 5. & idem Panorm. in c. 2. num. 2. & cap. Quod a te, & ibi glo. in verbo, *prius dandi, & Panorm. num. 1. & cap. Diuersis fultæijs, & ibi Panorm. num. 1. & cap. cum decorem, & ibi glo. in verbo, *missis, & ibi Panorm. de Cleric. coniug. Vgolin. in capitulo. Quicunque, dist. 77. Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 34. numero 1. & 4. & numero 5. Nauarr. in Manual cap. 25. nom. 120. verif. vnde cimo, ubi ait esse sententiam omnium Hæstiens. in Summa, lib. 3. tit. 1. de Cler. coniug. nu. 1. §. Quidam pœnam. Collect. in cap. 1. de cleric. coniug. Decretis Capellæ Tholosane 239. Bernard. Diaz in pract. Cæm. Canon. cap. 74. circa medium: Quod procedit.****

11 *Primo, etiam si non sequatur copula, vt norant DD. in ca. 1. de cleric. coniug. vbi Pan. nu. 5. Diaz vbi supra, Nau. & Henriquez cit.*

12 *Secundo etiam si occultum sit eum esse vxoratum, Panorm. in d. c. cum decorem, & Maiol. cit. nec suffragari potest contraria consuetudo, ex Panorm. & Maiol. cit. ob malum exemplum, & scandalum quod ex hoc surgeret, vt ille Ecclesiasticis stipendiis viueret, qui sub seculi militat, nepe Matrimoniali viueret.*

13 *Tertio, etiam si Matrimonium contractum, ob aliquem defectum extrinsecum, veluti consanguinitatis, aut affinitatis non valeat, Pan. in c. 1. nu. 7. de Cler. coniug. lo. And. in ca. Ioannes, tit. eod. Roman. consil. 365. & consil. 83. column. 3.*



lum. 3. verſ. dubitatur primo. Hyppol. conſ. 70. volum. 1. co- lum. 3. incipiente ſcientiarum omnium. Stephan. in Deci- ſione 239. Capelle Tholoſana, in additione. Decius coſil. 166. volum. 1. Barthol. Brixienſis in quaſt. decima, qua inci- p. Clericus quidam. Diaz, & Nauar. vbi ſupra, quicquid Henriquez in hoc caſu, contrariū dicat. Dixi quando Ma- trimonium eſſet nullum ob defectū extrinſecum, ſi enim fuit nullum ob defectum conſenſus, tunc ex Panorm. in d. cap. 1. nu. 7. de cleric. coniug. & Nauar. in Manu. ca. 25. nu. 120. non perdit beneficia, & fauet Alphoſus Vivald. tra- ctat. de Irregul. bigamia, nu. 8. quorum dictum Bernard. Diaz vbi ſup. cap. 74. in fine, verum eſſe putat ſolum quā- do defectus conſenſus fuit in Clerico; puta, quia Clericus fuit fatuoſus, vt exemplificat Panorm. cit. ſin autem defe- ctus conſenſus fuit tantum in muliere, quia per vim fuit compulſa contrahere, ipſo Clerico pure, & libere conſen- ſiente; aut quia mulier non erat ſane mentis, nulla eſt ra- tio quare non perdat beneficia; ſicut quando contrahit cum conſanguinea, & fauet Imola in Clemen. Gratia, de Reſcript. & poſt eum Præpoſit. d. 32. prope finem.

14 *Quarto*, etiamſi vxor Monafterium ingredi vellet etiam antequam eſſet cognita, & fieri Religioſa, maritus tamen, qui cum beneficiatus eſſet, eam duxit, ita omne ius benefi- cij perdidit, vel beneficia recuperare non poſſit, ne inde lucrum capiat, vnde pœnam meretur DD. in capitul. 1. de Cleric. coniug. Ioan. de Imola. in Clemen. Gratia, de Reſcri- pt. Præpoſit. in cap. placuit, diſt. 32. Barthol. Brixienſis in di- cta quaſt. 10. Panorm. in ca. 1. nu. 5. de Cleric. coniug. Diaz, & Maiol. vbi ſupra, ſi tamen alicuius vxor tranſire velit ad Religionem, vir facillimè obtinere poterit beneficium poſtea; at vero beneficia prius obtenta non retinebit etiam vxore religionem proficiente. Ratio differentia potest eſ- ſe, quia cum beneficiatus tranſit ad nuptias, reddidit ſe indi- gnum beneficijs, ita quod ad ea redire, aut in eis perfeue- rare non potest, ſed hic cum vxoratus eſſet abſque benefi- cij, vxore volente Religionem intrare, ipſe conſentit, ſit dignus beneficijs renuncijs ſeculo; vnde, merito habet locum contrarium ius, quia militat ratio contraria.

15 *Quinto*, ſi huiusmodi clericus in minoribus conſtitutus, tantum contraxit ſponſalia de futuro, non perdit benefi- cia ipſo facto, ex Panorm. in cap. 1. nu. 5. de Cleric. coniug. Diaz vbi ſupra, cap. 74. in fine. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 120. Rota Deciſ. 21. Quemadmodum enim per adeptionem ſecūdi beneficii non vacat primum, niſi quis ſit plene translatus ad ſecundum, e. cum in cunctis, & cap. commiſſa, de elect. lib. 6. ita nec per contractum ſponſalio- rum, cum adhuc non ſit plene translatus. Et quia ſponſa non eſt proprie vxor, ſed promiſſa.

16 *Sexto*, Conſtitutus in ſacris contrahens matrimonium per verba de præſenti, non perdit beneficium ipſo facto, ſed priuari potest per ſententiam. ſic gloſ. in cap. 1. in ver- bo dimittere, & Ioan. Andri. in cap. Ioannes, de Cleric. coniug. & Nau. in Manual. cap. 25. num. 120. quamuis Pa- norm. in d. cap. 1. nu. 7. & 8. de Cleric. coniug. contrarium affirmet. Ratio diuerſitatis eſt; quia ratio priuationis bene- ficij in Clerico conſurato, aut in minoribus conſtituto, vt ex cap. Quod a te, & cap. Diuerſis fallacijs, de Cler. coniug. colligitur eſt quia talis non potest deſeruire vxori, & be- neficio; ſed in conſtituto in ſacris ceſſat hæc ratio, cū ma- trimonium nõ teneat, & compellatur dimittere vxorem; quia vero per tale matrimonium licet nullum, etiamſi cū virgine contraxit, priuatus ſit ordinis executione, etiã per ſententiam, merito priuandus eſt beneficio, niſi cum eo, tam in ordinis executione, quam in beneficii retentione poſt condignam pœnitentiam diſpenſetur, cap. ſanè, & ibi gloſ. in verbo, ex indulgentia. & Panorm. ibi, nu. 3. de Cleric. coniug. & potest Episcopos cum eo diſpenſare, vt in d. c. ſanè, & gloſ. & Panorm. ibi, habetur. Et de penis bigamiae hæctenus.

## Quis in Bigamia diſpenſet. Cap. VI.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Papa in omni bigamiae ſpecie ad omnes ordines diſpenſare potest.*
- 2 *Papa, nec contra ius diuinum, nec contra ius naturæ di- ſpenſare valet.*
- 3 *Papam cum bigamis contra Apoſtolum diſpenſare non ſo- lere, quo ſenſu dictum ſit.*
- 4 *Papam cum bigamis ex poteſtate abſoluta diſpenſare poſ- ſe, non autem poteſtate ordinaria, aſſerentes ab auctore reſellantur.*
- 5 *Cardinales an, & quomodo cum bigamis diſpenſare poſ- ſint.*
- 6 *Episcopi an, & quomodo in Bigamia diſpenſare valeant.*
- 7 *Episcopus cum bigamo ad ſacros ordines Diaconatus, & Sacerdotij diſpenſare non potest, & quare.*
- 8 *Subdiaconatus, licet antiquitus ordo fuerit, non tamen or- do ſacer habebatur.*
- 9 *Papa ſolus cum bigamo, qui poſt votum ſolemne caſtita- tis matrimonium conſummauit, diſpenſare potest.*
- 10 *Episcopus, cum bigamo, tum ad exequendum, tum ad ſu- ſcipiendum ordines Minores diſpenſare valet.*
- 11 *Episcopus, quo ſenſu cum bigamo ad conſuram ſuſcipien- dam diſpenſare prohibeatur.*
- 12 *Abbas, vel alius Prælatas Episcopo inferior, cum biga- mo de iure communi diſpenſare non potest.*
- 13 *Abbas an cum Monachis ſuis, qui bigamiam contraxe- runt, ex priuilegijs ſuis, ad ordines, & dignitates di- ſpenſare poſſit.*

**Q**uoad diſpenſationem autem in hac irregularitate hæc dicenda ſunt.

- 1 *Primum eſt*, In omni ſpecie bigamiae Papa diſpenſare potest ad omnes ordines, etiam Pontificales. Ratio eſt: Quia Irregularitas omnis iure Canonico inducta eſt: Quamuis enim Papa diſpenſare non poſſit contra ius Naturæ, nec contra ius Diuinum, quia poteſtas ſua viroque iure inferior eſt, & verumque tanquam fundamentum ſupponit; quia tamen bigamum ordinari, nec contra ius Naturæ eſt, nec contra ius Diuinum, ſed ſola ordina- tio Apoſtolica eſt, qua Apoſtolus 1. Timoth. 3. inſtituit ita- quam Paſtor & Prælatas Eccleſiæ, ne bigami ordinaren- tur; neque de eſſentialibus ordinis eſt, quod aliquis non ſit bigamus, quod patet ex hoc, quia ſi aliquis bigamus ad ordines accedat, characterem accipit; Ideo Papa Pe- tri ſucceſſor & æqualem, ſeu potius eandem cum eo au- thoritatem habens, cum omni bigamo, ad omnia totaliter & vniuerſaliter, etiam ad omnes ordines, beneficia, & dignitates etiam Pontificales diſpenſare potest. Vnde & Lucius Papa, cum Archiepiſcopo Panormitano, qui bigamus erat, diſpenſauit. Quæ doctrina communis eſt om- nium tum Theologorum, tum Canonistarum, vt Gloſ. in cap. Lector, in verbo, Fiat, diſtinction. 34. Sancti. Thom. in addit. 3. part. quaſt. 66. artic. 5. Richard. 4. diſtinct. vigesima quarta artic. quarto, quaſtione quarta, Palud. ead. diſtinct. quaſtione quarta, artic. 5. Concluſ. 2. Ioan. Bachon. 4. diſtinct. vigesima quinta, quaſtione tertia, arti- culo quarto, Scot. 4. diſtinct. 33. quaſtione ſecunda, 8. de ſe- cundo. Gabr. 4. diſtinction. 27. quaſtione tertia, artic. 1. etio post dubium quartum. Soti 4. diſtinction. 27. quaſtione tertia, artic. tertio, Concluſ. 1. Martin. Ledefm. 24. quaſt. 68. artic. quarto, Henriquez libr. 2. de Sacram. matrim. capitu. ſexto, §. 11. Hoſtienſis in Summa lib. 1. tit. de bigam. §. vii.